Franci, id[a] est feroces, et sibi elegerunt regem, qui
nominabatur rex Frankorum. Alii vero de eius-
dem semine Japhet, qui inceperunt habitare in
insulis Britanie, Anglie et Frisie, et quia gens
indomita et litigiosa et multum grossa et
robusta erat, ideo vocati sunt Saxones, et[b]
elegerunt sibi[c] regem, et dicebatur rex Saxo-
num. Alii vero, qui habitabant ~~circa~~ prope Danubium
circumquaque[d], dicebantur primo Alemanni[e],
de quibus transeo[f]. Isti reges creaverunt aliquos v. f. 3!
duces ex cupiditate nimia et eos ad terras
circumiacentes[f'] miserunt, quas[g] humiliave-
runt et tributarias[h] fecerunt, et regna sua vi
et potencia, diversitate linguarum et multi-
tudine terrarum dilataverunt. Et ultra mille
annos manserunt inconcussa[k] a tempore,
quo inceperunt, scilicet circa finem tercie[l]
etatis ante tempora David, evolutis IIII mi-
libus annorum a creacione mundi, usque ad
tempora Julii Cesaris, qui mala eis intulit
non longe ante nativitatem Christi.

L. cr. Erf.

tributa dasti

C. 2. De prima destructione regni Thuringorum
per Julium officiatum Romanorum.

Cum Romani nimium crescere ceperunt in
diviciis et potencia, arridente eis fortuna, et
totum mundum nitebantur subiugare suo
imperio, audientes in partibus Germanie ad[m]
septentrionem multos esse reges et principes,
qui se ipsos rexerunt et regnum Romanorum
minime curabant, habito consilio, quomodo ipsos
humiliarent et tributarios facerent, sicud fe-
cerunt multos reges et provincias seu terras

a) id est om. A2a.b.

b) qui A2a.b; haec abrev. A1.

c) duces et add., sed del. A1.

d) om. A2a.b; haec abrev. A1. ([illegible])

e) alemanni B; haec abrev. A1.

f) sileo A2a.b; haec abrev. A1.

f') terras add., sed minio del. et expunct. A1.

g) sic A1.2a; quos A2b (B?).

h) sic A2a.b B; haec abrev. A1.

i) u. m. a. in textu desunt A1, sed signo h. l. posito indicatur haec in marg. addita fuisse, ubi absc.

k) sic A1.2a.b B.

l) secunde expunct., et eadem manu superscr. tercie A1.

m) ad sept. desunt in textu A1, sed signo minio posito indicatur haec in marg. addita fuisse, ubi absc.